



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Fasti Mariani Cum Divorvm Elogiis In Singvlos Anni Dies
Distribvtis**

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, 1637

S. Maurilius Ep. 13. Septembris.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44055

ut astra viseret ; quam viam an illi juvenes insistant , qui Gallias nunc & Italias petunt , tibi , qui hæc legis , judicium esto . Ex Surio .

Quâ presumptione non diliges illum , qui te non diligentem dilexit , qui te peccantem non despexit ? Vide quao quâ compensatione , quo merito summe & eterna respondeas Trinitati . S.Bern.op.de char.c.27.

S. MAURILIUS EP. 13. Septembris.

MAURILIO patria Mediolanum , parentes illinc nobiles , vitæ Magister D. Martinus fuere . Ab hoc & sacerdotio & infulâ Andegavensi condecoratus est , factumque calculo suo candissima columba probavit capiti M A U R I L I O obvolitans . Mitto plurima prodigia . Vos qui animas , qui juventam curatis , ad unicum animum advertite . Parvulus , isque moriturus sacro christiane firmandus erat . Dum sacris M A U R I L I V S pluſculum immoratur , emoritur ille . Nimurum hoc suum facinus Pontifex credere , non expandum , nisi munere abdicato . Proinde se judice exul clam navim concendit ; lapsisque in mare , quas secum ferebat , templi clavibus , vovet non prius patriam visurum , quam claves amissas . Mox trajecto mari servum se viro principi addicit , horumque colit ille nuper Italiæ unicus flosculus . Jam annis omnino se paret totâ Europâ à suis quæsitus , Angeli demum indicio inventus est . Tot preces precibusque mistæ lacrimæ , redditæque à pisce , qui navim insligerat , claves , & promissa puero à Deo vita , redditum tandem persuaserunt . Nempe primò omnium ad tumulum est itum , ubi unà Divus à precibus & puer à morte surrexit , infulæ etiam hæres M A U R I L I I , cuius

ulti-

13. Sept.
es infi-
bi, qui
non di-
t? Vide
atema

ris.

arentes
artinus

gaven-
candi-

II ob-

ui ani-

nimum

ro chri-

ILIVS

imirum

expian-

judice

in mare,

vet non

s. Mox

cit, hor-

osculus.

à suis

atus est.

edditæ-

promis-

ersuase-

lum est

à morte

, cuius

ulti-

14. Sept. VITÆ SANCTORVM. 449
ultima moribundi ad astantes illa vox perhibetur,
cogitarent, quas gererent animas, pretioso, ah! nimium
lytro, Christi sanguine emptas esse. O juventus Par-
thenia, etiam tu animo hæc volveres! Tantillo
animas non venderes. Ex Surio.

Quomodo redamabis, anima, vitæ gratuum
largitorem, largissimum administratorem, pium con-
platorem, solitum gubernatorem, copiosum redempto-
rem, aeternum conservatorem, ditatorem, glorificatorem?
S.Bern. op. de Char.c.5.

EXALTATIO S. CRUCIS.

14. Septembris.

SI minùs bellare feliciter, certè prædari novit
Cosrhoas, qui cùm captam toties Hierosolymam ipse etiam cepisset, prædam nimium quan-
tum magnam Crucem Servatoris in Persidem
asportavit. Doluit Christianus Imp. Heraclius spo-
lia hæc Christianis detracta esse, & cælo auctore
armis commune omnibus Christianis dedecus
aggressus abolere, ternas copias Cosrhoas toti-
demque Duces felici Marte devicit, fortissimè
Christianis urypote pro signis suis dimicantibus.
Cosrhoas dum fugâ Tigrim trajicit, socium re-
gni filium minorem Mardesam sibi adsciscit. Id
maximus natu Syroës impatienter ferens gemino
parricidio & fratrem & parentem sustulit, pactus
que regnum cum Heraclio pro cruce est stultis-
simus mercator. Hanc porrò Heraclius cùm im-
peratorio habitu fulgens eò ferre vellet, quò pri-
mò Servator tulerat, nec tamen, occultâ vi gra-
dum morante, progredi jam posset, monuit Præ-
fus Zacharias fastum ponere & aurum nimis ani-

mo